



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

An ad pinguiorem fortunam reuersus teneatur ablata restituere cap. 36.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

superfluis, quæ nullo modo ad decentiam, & status commoditatem pertinent etiam respectu futuri, de præcepto sub mortali faciendâ est Eleemosyna, vt S. Tho. Anton. & Richar. monent. \* Quarta. In necessitatibus communibus, & nõ grauibus, nullus sub mortali tenetur de superfluis Eleemosynas e- largiri, quamuis optimum sit consilium omni indigenti præbere: nam vt S. August. docet, superflua diuitis necessaria sunt pauperi. Imo verò probabile est, ad hoc esse quoque obligationem quod sancti videntur indicare, nulla tamen priuata persona tenetur inquirere pauperes, vt illis subueniat, tenetur verò publicæ, vt Episcopus & quilibet superior in sua ditione.

*An ad pinguiorem fortunâ reuersus teneatur ablata restituere. Cap. 36.*



**I**N extrema necessitate quilibet ab alio accipere potest, quæ sibi sunt necessaria. Quando autem peruenerit ad pinguiorē fortunam, Scot. & Sor. docent non teneri ad restitutionem: Adrianus verò & Nauar. docent quod sic. Prima opinio probabilis. Sed adhuc probabilius est quod si ille ex superfluo non acceperit, teneatur restituere, vti & Medina per plures. Quinimo si ex superfluo accepit, adhuc tenebitur restituere, quia ex hypothesi poterat illi alius ipsi succurrere tantum mutando. Quæ omnia adhuc veriora sunt quædo qui necessitatem patitur in vno loco, vel ratione alicuius rei, habebat in alio loco, vel in alia re venderetur, vnde illi subueniret.

*Dubia quatuor circa Eleemosynarum largitionem. Cap. 37. & 38.*